545 Nic. Urbanio.

23. Nov. Quando tu quidem serio id vis videri velle, ecce, Vir
1653. Clar.me ac doctiss.e futilis et jocosi dramatis nuper
à me effusi exemplar, quale nunc demum ex adversarijs
alienâ manu descriptum, ~~mea~~ ipse mea Calliopius recensui.
Si tantum tibi abs re tua otij, ut à capite ad calcem
perligas, meminisse velim properatum opus esse, et,
si ~~[illegible]~~ calculum errorum ~~[illegible]~~ exigas totum quatriduum non
absumpsisse. Idioma Brabanticum coactis in syllabis
et elementis exprimendum duxi, in gratiam eorum quibus
illud ~~[illegible]~~ aut minus familiare est aut inauditum: nimirum ut ~~[illegible]~~ ~~quam~~ Esse [illegible] quisque
linguam ~~quam non~~ didicit sic legendo vel cognoscat ~~[illegible]~~. qui vos cum
~~[illegible]~~ alijs non nihil [illegible] possit offendere, Esse
item dictionarium, quod ad calcem est, [illegible].
Tibi Vir Nob.me ut sic splendidum monstrum, sive ad
risum sive ad rictum, scire juvabit, et libellum
nemini porro recitandum quam [illegible] [illegible].
Vale.

Amicitiae tuae cultor
addictissimus.
C.

Quando tu quidem scio id vis videri velle, ecce,
Vir Clar.me ac doct.me futilis et jocosi dramatis
nuper à me effusi exemplar, quale nunc demum
ex adversarijs alienâ manu descriptum, ipse meâ
Calliopius recensui. Si tantum tibi ab re tua
est otij, ut à capite ad calcem perligas, meminisse
velim, properatum opus esse, et, si calculum horarum
exigas, totum quatriduum non absumpsisse.
Idioma Brabanticum, coactis eò syllabis et
literis, exprimendum duxi, in gratiam eorum
quibus illud aut minus familiare, aut inauditum est:
nimirùm ut eâe inscitissimus quisque linguam,
quam non didicit, sic legendo, vi loquatur:
quo vis cum alijs non nihil tenebrarum possit
offundere, eoque etiam dictionariolo, quod ad
calcem est, sublevavi. Tibi, Vir Nob.me
ut eae splenem moverint, sive ad risum,
sive ad rictum, scire juvabit, et libellum
nemini porrò recitandum, quam ocyss.me
remitti. Vale. Hagae Com. IX. Cal.
Dec. CIƆIƆCLIII.